Buccam tuam, Prov. 23. 8: Plur. פתים Tahquam fru-  
sta Psal. 147. 17.

**פתות** m.p. Frustra: Constr. ובפתות לחם Et frustra  
stulu panis, Ezech. 12. 19.

פת



## צ

**צאל** **צאלים** m. p. Umbrosa, umbrosa arbores, Job. 40.16.17, quod non alienè ad **צלל** referunt, ut & sit loco litera geminanda, quod & aliàs fit: vide illic.

**צאן** c. Oves, Grex, Greges, ovium sc. & caprarum, minorum pascualium utriusque speciei. & semper collectivè sumitur. Inde & cum plurali construunt: **צאן** **שרשת אלפי** Ovium tria millia, 1. Sam. 25. ver. 2. **צאן** **אובדות** Oves pereuntes, perdita, Jer. 50.6. Aff. **צאן** **אובדות** Oves suas, Genes. 31.19: **צאנם** Greges eorum, Gen. 34.28. Hinc anomalum, cum & mobili & transposito, **לענאכם** Pro gregibus vestris, Numer. 32.24: & aliter, **צנח** Oves, Greges, Psalm. 8.8.

**צאנן** m. Pecorosus locus, Mich. 1. ver. 11: proprium nomen urbis est.

**צב** Vide infra in **צבה**.

**צבה** **צבה** Chald. Voluit, Optavit: Cupivit. Præteritum, **צבית** Volui, Dan. 7. v. 19. Partic. **צבה** **די הנה צבה** Quem erat volens, quem volebat, Dan. 5.19. Infinit. **במציית** Secundum velle suum, pro voluntate sua, Dan. 4.32. Futur. **צבא** Voluerit, Dan. 4. v. 14.

**צבו** f. Chald. per Apocopam, pro **צבות** Voluntas, Dan. 6. v. 17.

**צבא** Militare, Ministrare, Turmatim concurrere. Præter. **במראות הצבאות** Cum vel ex speculis mulierum ministrantium sive turmatim convenientium, **אשר צבאו** que turmatim congregabant se, Exod. 38.8. Sic 1. Sam. 2. ver. 22. Partic. **הצבאים** Qui militaverant, Num. 31.42: Hinc contractum, **עבית** Milit-



stantes contra eam, Jes. 29. 7. pro צבאיה. Infinit. לצבא Ad  
 militandum, obeundum ministerium, Num. 4. 23. Futur.  
 ויצבאו Et militarunt, Num. 31. 7. In Hiphil Exercitum  
 conscribere: Militem facere: Partic. המצבא Qui  
 exercitum conscribebat, 2. Reg. 25. 19.

צבא m. Exercitus, Militia: Tempus militiae, Job. 7.  
 v. 1: semel, מצבא Propter exercitum, cum ה loco א, Zach.  
 9. 8: Const. יצבא ישראל Exercitu Isra. 1. 1. Reg. 2. 32: Aff.  
 מצבא Exercitus eorum, Gen. 2. 1: צבא Militia mea id est,  
 Praesentis temporis militia, quam in hac vita milito, Job.  
 14. 14: sic מצבא Tempus praesentium ejus, Jes. 40. 2: Plurale  
 cu Aff. יצבאו Exercitus ejus, Ps. 103. 21. Et sam. יהוה צבאות  
 Dominus exercituum, Psal. 24. 10, aliam ejus signifiatio-  
 nem vide in s. q. Radice: Constructum, צבאות Exo. 12. 41:  
 Aff. אה צבאיה Exercitus meos, Exo. 7. 4.

צבה Intumuit: Praeterit. צתה בטנה Intumuit  
 venter ejus, Num. 5. 27. Particip. צבה vide in  
 praec. Radice. Hiphil Infinit. לצבות Ad tumidum reddend-  
 um, Num. 5. 22, pro להצבות.

צב m. Tumidum, Tumens: metaphoricè Camera-  
 rum, Num. 7. 3. Bufo, Testudo, quia ejus operimen-  
 tum cameratum est, Levit. 11. 29: plurale, צבים Cur-  
 rus camerati, Jesa. 66. 20. Feminin. צבה Tumens, Nu-  
 mer. 5. v. 21.

צב m. Decus, Gloria, Ornamentum, sic dicta, quod  
 hac antmum Tumidum reddant: לעשרת צבי Pro corona  
 decoris, Jesa. 28. vers. 1. ואלה העצבי Et versus decus ipsum,  
 Dan. 8. 9, id est, Judaeam, quae hoc elogio aliquoties appel-  
 latur, ut Psal. 48. 3. Ezech. 20. 6. Dan. 11. 16. Et secundum  
 aliam significationem, Caprea, Capreolus, Deuter. 12.  
 v. 22: & 14. 5. 1. Reg. 4. 23: Plurale, הצבי Caprearum,  
 2. Sam. 11. 8, & deficit in eo plurale, & sic cum epenthese  
 Alpha



**צב** *Alph.* וְכַצְבָּאִים Et sicut caprea 1. Par. 13.8. Similitudo flexio in פְּחִי, de quo in פְּחִי. Et fem. צְבִיָּה Caprea, Cant. 4.5. Plur. כְּצַבָּאוֹת Cum capreis, Cant. 2.7.

**צבט** Porrexit: Futur. וַיִּצְבֹּטֶהָ Et porrexit ei, Ruth. 2.14: Targum וַאֲשֵׁי,

**צבע** Pinxit, Tinxit, Coloravit: Chaldeis ustitius est: Partic. פָּחֹל צְבוּץ Avia colorata. Jerem. 12.9. id est, sadata sanguine, juxta R. Salomonem: vel. Digitata, hoc est, rapax, uncus unguibus in pradam involans, ex significatione Nominis צֶבֶע quod sequitur. Chald. Partic. Pahal, מְצַבְעִין Tingunt, Intringunt, Dan. 4.22. Ithpehal, יִצְבְּעִי Tingatur, Dan. 4.12.

**צבע** *m.* Color, Tinctura: Versicolor, Coloratum: plur. שְׁלֵל צִבְעִים Præda versicolorum. Jud. 5.30.

**צבע** *f.* Digitus, à Pingendo, Aff. אֶחָד צִבְעִין Digitum suum, Levit. 4.6. Plur. אֶצְבָּעוֹת Digit, Jer. 52.21: Constr. וְאֶצְבָּעוֹת יָדָיו Et digiti manuum ejus, 2. Sam. 21.20: Aff. אֶצְבָּעוֹתֵיךָ Digitorum tuorum, Psalm. 8.4. Chald. Plur. אֶצְבָּעִין Digiti, Dan. 5.5: emph. אֶצְבָּעֶתָ Dan. 2.41: Constr. וְאֶצְבָּעֶת רַגְלֶיךָ Et digiti pedum, Dan. 2.42. Porro digitorum nomina apud Talmudicos hæc recensentur: וְרַחֲמֵי Minimus, קֶסֶף Annularis, אֶמְטָה medius, אֶצְבָּע Index, גִּידָה Poll. x. Quæritur etiã quare sint מְשֻׁפָּרוֹת acuti instar clavorum? r. spondet, שָׁמַע יִשְׁמַע אָדָם Quod si audiat homo verbum inhonestum, infigat digitos suos in aures suas, ne illud audiat: Ketubb. fol. 5.2.

**צבר** Congelsit, Collegit, Coacervavit, Congregavit: Futuram, יִצְבֵּר Congregat, Psal. 39.7. וַיִּצְבֵּר כֶּסֶף Et coacervaverit argentum. Zach. 9.3.

**צברים** *m. p.* Acervi, 2. Reg. 10.8.



**צבת** m. Manipulus, Fasciculus: Plur. **צבתים**.  
De manipulis, Ruth. 2.16.

**צרא** Vide mox infra in **צרה**.

**צד** m. Latus: **צד** **על** **צד** Ad latus, Jesa. 60. v. 4: Aff.  
**צד** **מזרח** Ex latere ejus, 1. Sam. 6.8: **צד** **צד** Ad latus e-  
jus, 1. Sam. 20.20, cum defectu Mappik: Plurale, **צדדים**,  
Ad latera, Jud. 2.3, **עד** **עד**, In flagella ad latera vestra, ex  
Jof. 23.13: alii, In vepres ad latera: alii In retia, quasi  
pro **צדים**, vocali longa in brevem & dagesch conversâ, ut  
fit quoque in **צצים**. Chaldaus **מעיין** Hostes, quasi le-  
gerit **צרים** cum Resch. Construct. **צדי** Latera, Exo. 26.13:  
Aff. **בצדיכם** In lateribus vestris, Jof. 23.13. Chal. **לצד** Ad  
latus, Adversus, Contra, Dan. 7.25: **מצד** A latere,  
Ex parte, Ratione, Propter, Dan. 6.4.

**צדה** Quærere, Venari: includit certum consilium  
& propositum: Præteritum, **צדרה** Quasi erit,  
Exod. 21.3. Particip. **צודה** Venaris, 1. Sam. 24.12. Ni-  
phal **נצרה** Vastari, Desolari, ex usu Chaldaico: Præter.  
**נצרו** Desolata sunt, Soph. 3.6.

**צדיה** f. Industria, Propositum, studium certum quo  
aliquid agere conamur: **צדיה** **בלא** **צדיה** Absque proposito, Non  
de-industria, Numer. 35. vers. 72: **בצדיה** De-industria,  
ver. 20. Chald. **הצדא** Num de industria? An cer-  
to Consilio? Dan. 3.14, vel, Verumne est, verene?  
Juxta Aben Efr.

**צדק** Justificari, Justum esse, haberi vel asserere  
Id: Præterit. **צדקת** Justus es, Job. 33.12: **וצדקתי**  
Et si justus sim, Job. 10.15. Futur. **אצדק** Si justum asse-  
rem me, Job. 9.20. Niphal Præter. **ונצדק** Et justifica-  
bitur, Dan. 8.14. Pihel **צדק** Justificavit, Justum asse-  
ruit: Præteritum, **צדקה** Justificat, Jerem. 3.11. Infnit.  
**על** **צדק** **קו** **נפשו** Eo quod justificaret, justum assereret ani-

matu



manifestam, Job. 32. 2: **נצדקתך** Quum iustifices tu, Ezech. 16. 52, ex forma paragogica **צדקה**. Futurum, **והצדקי** Et iustificasti sorores tuas, Ezech. 16. 51. Hiphil **הצדיק** Ju- stificavit, Justum pronunciavit, Absolvit: Prater. **והצדקתי** Et justum pronunciarem ipsum, 2. Sam. 15. v. 4. Partic. **מצדיק רשע** Absolvens improbum, Prov. 17. v. 15. &c. Hithpabel Futurum, **נצטדיק** Justificabimus nos, Gen. 51. 16.

**צדיק** m. Justus, Gen. 6. 9: plur. **צדיקים** Justi, Psal. 1. 5. Et defecte **הצדיקים** Justos, Gen. 18. 24.

**צדק** m. Justitia, Deuter. 16. 20: Aff. **צדקי** Justitiam ejus, Psal. 50. 6 **צדקך** Justitiam tuam, Psal. 35. 28.

**צדקה** f. Justitia, Jes. 45. v. 23: Apud Rabbinos etiam est Eleemolyna, quod justum sit, & justitiae symbolum, pauperibus succurrere. Chald. **כצדקה** Justitiā, Dan. 4. 24. Constructum, **צדקה**, Ezech. 18. 20. Aff. **צדקתו** Ju- stitiam ejus, Psal. 22. 32: Plurale, **צדקות** Exercens justitias, Psal. 103. 6: Constructum, **צדקות** Mich. 6. 5: Aff. **צדקתנו** Justitia nostra, Jes. 64. v. 6.

**צהב** m. Fulvus, Lev. 13. 30: Jonathan, Splen- dens ut aurum. Nam cōvenit cum **זהב**, com- mutati **וזהב** & **צהב** ut in **עליו** & **עליו**. Hophal Partic. **מצהב** Fulgens, Esra 8. 27.

**צהל** Hinnivit: Verbum equorum proprium, ex lati- tia & lascivia hinnientium: Metaphorice homi- nibus tribuitur pro, Claram, Lætam vocē edere, Ju- bilare: Præter. **צהלו** Hinnient. Jes. 24. 14: **צהלה** Jubilabat, Esth. 8. 15. Imp. **צהלו** Jubilate, Jer. 31. 7: **צללה** Claram ede vocem tuam, Jes. 10. 30. Fut. **יצלהו** Ad uxorem proximi sui adhinniunt, Jer. 5. 8. Hiphil Infinit. **להצהל** Letam efficiendo faciem, Psal. 104. 15.

**מצהלות** f. p. Hinnicus: Cōf. **מצהלות** אביריו A sona



hinnituum robustorum eius, Jer. 8. 16: Aff. וּמִצְחָה לְחִיתָיִךְ Et hinnitus tui. Jer. 13. 27.

**צַהַר** m. Lumen, Splendor: Fenestra, Gen. 6. 16. sic dicta, quod Lucem transmittit. Verbum צָהַר Lucere, Chaldais usitatum est.

**צַהֲרִים** m. d. Meridies, quia diem, in duas partes a quas dividit, & gemina lucis, antemeridiana & vespertina, medium est interstitium & terminus. Est autem forma צֶעַח צַהֲרִים ac proinde primum Kametz est breve: **צֶעַח צַהֲרִים** Tempore meridiano, Jer. 20. 16: **בְּצַהֲרִים** In meridie, Gen. 43. vers. 16.

**יִצְהָר** m. Oleū, à pellucido colore, 2. Reg. 18. 32: Aff. **יִצְהָרִי** Et oleum tuum, Deut. 7. 13. **יִצְהָרִי** Hiphil, Oleum facere live exprimere: Futur. **יִצְהָרִי** Oleum expriment, Job. 24. v. 11.

**צֹאֵה צֹא**, Excrementum, vide in **צֹא**.

**צֹאֵר** Vide infra in **צֹר**.

**צֹד** Venatus est: Prat. **צֹדוּ צִטְדִּינוּ** Venati sunt gressus nostros, Thren. 4. 18, & est Milrah prater morem, Part. **צֹדֵד** Qui venatus est, Gen. 27. 33. & c. Pihel Part. **צֹדְדוּ** Venamini, Ezech. 13. 20. Inf. **לְצֹדֵד** Ad venandum, v. 18. Fut. **צֹדְדִנָּה** Venamini, ibid. Hithpabel Prater, **צִטְדִּינוּ** In-viaticum sumpsimus, Jos. 9. 12, ex significatione sequentis Nominis **צִיד**.

**צִיד** m. Venator: plur. **צִידִים** Venatores, Jer. 16. 16.

**צִיד** m. Venatio, Genes. 10. vers. 9: item, Esca, Viaticum, Commeatus, Neh. 13. 15: Constructum, **צִיד חַיָּה** Venationem bestiae, Levit. 17. 13: Aff. **צִידוֹ** Venationem suam, Prov. 12. v. 27.

**צִידָה** f. Viaticum, Gen. 42. 25: Jos. 1. 11.

**מִצְוָה** m. Rete, proprie venatorium: Aff. **וּמִצְוָהוּ** Et rete suum, Job. 19. 6.

**מִצְוָה**



**מַצֹּדָה** f. Venatio, Ezech. 13. 21: Sagena: Aff. **מַצֹּדָתִי** Sagena mea, Ezech. 12. 13: Videtur **מַצֹּד**.

**מַצֹּד** m. Retis, juxta Ab. Efram; Præsidium, Munition, juxta R. Salomonem; Constructum, **מַצֹּד רָטִים** Præsidium vel rete malorum, Pro. 12. 12: plurale, **מַצֹּדִים** Retia, Eccles. 7. 27; aliam significationem vide in **מַצֹּד**.

**מַצֹּדָה** f. Sagena, Eccles. 9. 12: plur. vide in **מַצֹּד**.

**צִוָּה** Pihel Præcepit, Mandavit, Jussit: Constructur cum Accus. & Preposit. **לְ** & **אֶל**. **עַל** Aben Esra notat, cum **עַל** denotare interdictum & prohibitionem: vide Gen. 2. 16. 1. Reg. 2. 43. Jes. 5. 6. Præterit. **צִוָּהָ** Præcipiet super te, Nah. 1. 14: **לִי** Præcepit mihi, 1. Sam. 20. 29: **וְצִוָּהָ** Et præceperit tibi Exod. 18. 23: Part. **מַצְוֶה** Præcipio vobis, Deut. 4. 2: Constr. **מַצְוֶה לְאֻמִּים** Præceptorem nationum, Jes. 55. v. 4. Imper. per Apocopam, **צִו** Præcipe, Num. 5. 2, & sic Futurum, **וְצִוָּהָ** Et præcepi, Deut. 3. 18. Pihel Præter. **צִוָּה** Præceptum fuerat, Numer. 3. 16: **צִוִּיתִי** Jussus sum, Levit. 8. 35. Futur. **יִצְוָה** Jussus fuerat, Exod. 34. 34.

**צִו** m. Præceptum, Jes. 28. 10.

**מַצְוָה** f. Præceptum, Mandatum, Prov. 6. 23: Constr. **מַצְוָה**, Psal. 19. 9: **בְּמַצְוֹת הַפֶּה** Jussu, Ex mandato regis, 2. Par. 24. v. 21: Aff. **וְאֶת מַצְוֹתָיו** Et præceptum ejus, Num. 15. 31: Plurale, **מַצְוֹת** Præcepta, Pro. 10. 8: Aff. **וּמַצְוֹתֶיךָ** Et præcepta tua, Psal. 119. 6.

**צִוָּה** Vociferatus est: Futur. **יִצְוָהוּ** Vociferabuntur, Jes. 42. 11.

**צִוָּחָה** f. Vociferatio, Querela, Clamor, Jesa. 24. v. 11: Construct. **וְצִוָּחָהָ** Et querela Jerusalem, Jer. 14. v. 2: Aff. **וְצִוָּחָהָ** Et clamore tuo, Jer. 46. 12.

**צֹלָה** f. Profundum, Profunditas: **לְצֹלָה** Ipsi profundo, Jes. 44. 27.



**מצולה** f. idem, Psal. 69. 3. Et cum Dagesch loco vocalis longe, **במצלה** In profundo, Zach. 1. 8: plur. **מצלות** De profundis, Psal. 68. 23. Et cum Cholem in medio, **במצורת** In profunda, Exod. 15. 5.

**צום** Jejunavit: Præter. **צמת** Jejunasti, 2. Sam. 12. 7. 21. Partic. **צם** Jejunas, Neh. 1. 4. Infin. **הצום** Nunquid jejunando, Zach. 7. 5.

**צום** m. Jejunium, Jes. 58. 6; **מצום** Præ jejunio, Psal. 109. 24: Aff. **צמכם** Jejunii vestri. Plur. **הצומות** Verba jejuniorum, Esth. 9. 31.

**צוף** Fluxit, Effluxit, Exundavit, Supernatavit: Præter. **צפורמים** Exundarunt aquæ, Thren. 3. 54. Partic. præsens fem. **צפה** Fluentem ex te, id est, ex sanguine tuo, ut sequitur illic. Ezech. 32. 6: vel Nati- tionis tuæ, ut sit Nomen. Hiphil **הציף** Inundare fecit, Deut. 11. 7. 4. Fut. **ויציף** Et fluere vel natare fecit, 2. Reg. 6. 6. **צוף** m. Favus, à Fluendo, Pro. 16. 24: plur. **ונופת צופים** Et destillatione favorum, Psal. 19. 11.

**ציק** Arctari, Coarctari, Arctè Cohærere: Futur. **יצוקו** Arctè seu tenaciter adhaeret ei, Psal. 41. 9. Commutant hic quadam formam cum **צץ**. Hiphil **הציץ** Arctavit, Coarctavit, Anxit, Pressit, Angustavit, Angustiis affecit: Construitur cum Dativo, quandoq; accus. affixo: Præter. **והציקוהו** Et angustabo, Jes. 29. 5. 2: **כִּי הציקהו** Quum premeret illum, Jud. 16. 16. Partic. **המציקים לה** Qui angustat afficit, Jud. 51. 13: plur. **המציקים לה** Angustantes ipsam, Jes. 29. 7. Futur. **עֵיךְ לָהּ** Anget te, Deut. 28. 53: **יציקו להם** Angent eos, Jer. 19. 9. Hophal Part. **מוצק** Angustatum, Jes. 9. 1.

**צוק** m. Angustia, Dan. 9. 25.

**צוקה** f. idem, Jes. 8. 22.

**מוצק** m. Angustū, ex forma participii Hophal, Job. 36. 16.



Et in pausa, בְּמוֹצָק In angustum, Job. 37. v. 10, Vide aliam significationem in צָק.

**מָצוֹק** m. Pressura, Angustia, 1. Sam. 22. 2: וּבְמָצוֹק Et angustia, Deut. 28. 53.

**מָצוֹק** m. Situs, Constitutus: **מָצוֹק מְצֻוֹן** Situs ab aquilone, 1. Samuel. 14. ver. 5. Plurale constructum & substantivum, **מָצוֹקֵי אֶרֶץ** Situs, Cardines terre 1. Sam. 2. ver. 8.

**מָצוֹקָה** f. Angustia, Soph. 1. 15: plur. cum Aff. **מָצוֹקוֹתַי** Ex angustis meis, Psal. 25. 17.

**צוּר** Obsedit, Arcitavit; Inimicatus est, Hostiliter egit, Hostiliter pressit: Ligavit, Colligavit, quod אָצַר mutuatum est: Formavit, quod אָצַר habet: Construitur cum Dativo & Accusativum cum אֶל & אֵל. Præterit. **וְצִרְתָּ** Et colligabis argentum, Deut. 14. 35: **וְצִרְתִּי** Obsides me, Psal. 139. 5: **וְצִרְתִּי** Et hostiliter premam, Exod. 23. 22. Partic. **צֹרֵר** Et hostiliter premunt urbem, Jud. 9. 31: Infinitivus **לְצוֹר אֶל-דָּוִד** Ut obsideret Davidem, 1. Sam. 23. 8. Imper. **צוּר** Liga testimonium, Jes. 8. 16: **צוּרִי** Obside, Jes. 21. v. 2. Niphal **וְהִצְוֹר** Et obsessus, Ezech. 6. 12, & Schurek est loco Cholem: femin. **וְהִצְוֹרָה** Obsessa, Jesa. 1. 8. Pyhal Partic. **מְצֹרֵר** Vide in צוּר. Hiphil **הִצְוִיר** Pressit, Anxit, Angustavit, Angustia affecit, & formam cum Hiphil verbi **וְהִצְוִיר** confundit: Construitur cum Dativo: Præterit. **וְהִצְוִיר לְךָ** Et premet te, Deut. 28. 52: Part. **מְצֹרֵר** vide inter Nomina. Infinitivus **לְהִצְוֹר** Angustia afficere eum, 2. Paral. 28. 22: Futur. **וְהִצְוִיר לָהֶם** Et angustia affecerunt eos, Neh. 9. 27.

**צָר** m. Angustus, Arcus, & substantivè, Angustia; Hostis, quasi Angens & Arcator dictus: **צָר בְּמָקוֹם צָר** In loco angusto, Num. 22. 26: **צָר לִי הַמָּקוֹם** Angustus est mihi locus Jesa. 49. 20: **צָר לִי הוֹשִׁיעַ** Jesa. 59. 19: **צָר לִי** Angustia



צור mibi, 2. Sam. 1. 26. Est etiam Rupes, qua proprie צור  
dicitur, ut sequitur: צור Similes rupi, Jesa. 5. 28: Aff. צרי  
Hostis n. eus, Job. 16. 9: Plurale, צרים Hostes, Thren. 1. v. 7.  
Constructum, צרי, Jesa. 9. 11: Aff. צריד Hostes tuos, Mich.  
3. v. 9: צריד Hostes nostros, Psal. 44. 6. Fœm. צרה Aemu-  
la, quasi arctatricem vel A. gentem dicas: Aff. צרותה Ae-  
mula ejus, 1. Sam. 1. 6: aliàs, Angustia, Anxietas, Psal.  
20. 2: Const. צרת נפשו Angustiam animæ ejus, Gen. 42.  
21: Aff. נצרתו Ab angustia ejus, Jesa. 46. 7: צרתכם An-  
gustia vestra, Jud. 10. ver. 14. Et duplicato signo femineo,  
צרותה In maxima angustia mea, Psal. 120. 1, simile vide  
in וצרים Plurale צרות Angustia, Psal. 25. 17: Aff. צרותם  
Angustia ipsorum, Psal. 34. 18.

צור m. Rupes: Acies, Acumen, cultri scil. vel gladii;  
תשיב צור חרבו Recudisti aciem gladii ejus, Psalm. 89. 44.  
Aff. צורנו Sicut rupes nostra, rupes eorum est:  
plurale, צרים Rupes, Psal. 78. 15: חרבות צרים Cultros a-  
cierum, id est acutos, Jos. 5. v. 2. Constr. צורי Rupes rupi-  
caprarum, 1. Sam. 24. v. 3. Fœmin. בצורות In rupibus,  
Job. 28. v. 10.

צור m. Acies, Culter acutus, Exod. 4. vers. 25: Rupes,  
Ezech. 3. 9.

צרים m. p. Tormina, Cruciatu, Dolores, gravissi-  
mi proprie, quales parturientium, sic dicti, quod Coar-  
dent & constringant corpus, Jesa. 13. 8; item Imagines,  
Idola, ex Formandi significatione, Jesa. 45. 16. Construct.  
בצירי יולדה Sicut tormina parturientis, Jesa. 21. v. 3: Aff.  
צירי Dolores mei, Dan. 10. 16: ציריה Dolores ejus, 1. Sam. 4.  
19: Vide & infra in ציר.

צורה f. Forma: Constr. צורת הבית Formam domus,  
Ezech. 43. 11: Aff. צורתו Formam ejus, ibid. Contractum  
est, וצירם Et formam eorum, Psalm. 49. 15. pro צורתם,



cui simile vide in פֶּסַח. Scribitur autem in medio cum פֶּסַח, sed juxta Masorethas legendum צוּר: Plur. cum אֲפִי. צוּרֹת Formis suis, Ezech. 43. vers. 11. Vide & paulo ante in צוּר.

צוֹאֵר m. Collū, 1es. 8. 8, sic dictū quod on- ibus Arctatur  
 & premittur: Aff. צוֹאֵר In collo ejus, Job. 41. 13, & sic 8 es  
 Epentheticum sive protractivum, ut Hebræi vocant: Abs-  
 que eo צוֹרֵם Collum suum. Neh. 3. 5: Chald. cum Aff.  
 על צוֹאֵר Ad collum ejus, Dan. 5. v. 7: על צוֹאֵר In  
 collo tuo, ver. 16. Duale juxta Kimchium in lib. Rad.  
 צוֹאֵר, unde cum Aff. יִפֹּל על צוֹאֵר Et irruit in colla  
 ejus, Gen. 33. 4. id est, utrumq; latus colli ipsius: Scribitur  
 autem defectivè juxta Masorethas, pro צוֹאֵר, ut ligi-  
 tur Gen. 45. v. 14: Plurale constructum על צוֹאֵר Super  
 colla regum, Jos. 10. 24: Aff. על צוֹאֵר Super colla eo-  
 rum, Jos. 10. 24. Femininum, צוֹאֵרֶיךָ Colla vestra  
 Mich. 2. 3.

צוּרִין *m.* Collulum: *Plur. cum Aff.* מְצוּרִיךְ *E collu-*  
lio faucibus suis, Cant. 4. 9.

מִצֵּר *Vide infra in צרר.*

מצור m. Obsidio: Munitio, Propugnaculum, Præ-  
munitio obsidionalis: יִצְחָרִי מְצוֹר Rivos obsidionii  
2. Reg. 19. 24: Conf. וְאֶל־מְצוֹר Et contra obsidionem Je-  
rusalem, Ezech. 4. 7.

מצור *m. idem: Aff. מצורֶה Obsidionis tua, Ezech. 4. v. 8,*  
*ubi multi Codices habent מצורֶה ex forma plurali. Fœm.*  
מצורה *Munitio, 2. Par. 14. 6: Plurale, מצורות Munitio-*  
*nes Obsidionalia munimenta, Ief. 29. 3.*

**צחח** Candidum, Nitidum, Serenum esse: Pra-  
teritum **צחח** Candidiores, Nitidiores ta-  
rant latte, Thren. 4.7.

**m.** Candidus, Nitidus, Serenus; หนึ่งอันนี้  
flus se



flus serenus, Jefa. 18. 4: צח רוח Ventus nitidus, Jer. 4. 11.  
צחה m. Arens, Aridum, quasi Nitidum dictum: Const.

צחה צחה Azens siti, Jefa. 5. 13.

צחות f. p. Nitida, Explanata verba: לדבר צחות Lo-  
qui nitida verba, Jefa. 32. 4.

צחיה m. Nitor, Nitidum: Arduus, Eminens locus,  
perra vel montis, qui sua natura aridus & glaber exi-  
stens, Nitorem refert; צחיה In loco arduo, Ezech. 42.

vers. 7: Plurale. צחיה In locis arduis, Nehem. 4. 19.

Femin. צחיה Ariditas, Locus aridus quasi Ni-  
tidus, Psal. 68. 7.

צחיות f. p. Siccitates, Summa ariditas, Jefa. 58. 11.

צחיה f. Putor, Putredo: Aff. ותרעל צחיה Et  
ascendat putor ejus, Joel. 2. 20.

צחק Risi, Arrisit: Praterit. צחק Risi, Genes. 18.

vers. 15: צחק Risi, ibid. Futurum, צחק לי

Arridebit mihi, Ridebit de me, Gen. 21. 6. Hini צחק Isaac.

à Rifu dictus est. Pihel צחק Irrisit: Luht, illudit,

Colludit, Jocatus est: Construitur cum ב & ל. Parric.

צחק Irridentem, Gen. 21. 9. Infinit. צחק ל צחק

dat mihi, Gen. 39. 17. Futurum, צחק Et ludit ante il-

los, Jud. 16. 25.

צחק m. Ritus: צחק ל Irisum, Ezech. 23. 32.

צחה Alba, Candida: Plur. צחות

Afinas candidas, Jud. 5. 10.

צח Candor, Nitor, Ezech. 27. 18.

ציה f. Siccitas, Siccum, Sirculosus, Siccus, A-

ridus locus, Jefa. 41. 18: Plur. ציות Per sirculo-

sa loca, Psal. 105. 41.

צ m. Navis: וציא צי Et navis magnifica, Jefa. 33. 21: Plur.

contractum, וצי Et naves, Num. 24. 24: וצי In navib.

Eze. 20. 9, Et integri, וצי Dan 11. 20: item Loca deserta

& ari-

& ari-



Et arida, metonymicè Feri, Barbari, desertorum locorum incola, Psal. 72. 9: לְעַם לְצִיּוֹן Populo desertorum locorum, populis barbaris, Psal. 74. 14: לְצִיּוֹן Pro barbaris; Jes. 23. 13. Item Fera animalia, Jes. 13. 21. Jer. 50. 39.

צִיּוֹן m. Aridus locus, Jes. 25. 5 & 32. 2. Hinc mons צִיּוֹן Tzion nomen habet à Siccitate loci.

צִיּוֹן m. Signum, Monumentum sepulchrale, Ezech. 39. 15: הַצִּיּוֹן Monumentum hoc, 2. Reg. 23. 17: plurale, צִיּוֹנִים Monumenta, Jer. 31. 21.

צִיּוֹן Floruit, Effloruit: Prater, הַפְּסִיחָה Effloruit virga, Ezech. 7. 10. Hiphil Part. מִן הַחֲרָפִים מִן הַחֲרָפִים Efflorescens, id est, Emicans, Promicans è clachru vel cancellis, Cant. 2. 9. Futurum צִיּוֹן Florebit, Jesa. 27. 6: וְצִיּוֹן וְיִצְחָק Et floruisse flos, Num. 17. 8.

צִיּוֹן m. Flos, apertus propriè, Jes. 40. 7. Bractea, Lamina, Exo. 28. 36: Penna, Pennata ala, Jer. 48. 9: Plurale, צִיּוֹנִים Flores, 1. Reg. 6. 18: cum Dagesch loco vocalis longa, euphonia causâ. Fem. Constr. צִיּוֹנִית Flos caduci, Jes. 28. 4, id est, caducus, decidens vel marcescens.

צִיּוֹנִית f. Cincinnus, Ezech. 8. 3: item Peniculamentum, Peniculatus filiorum textus; עָשׂוּ לָהֶם צִיּוֹנִית Et faciant sibi peniculamentum in oris vestimentorum suorum, Num. 15. 38.

צִיּוֹן m. Cardio; item Legatus, quod in eo rerum agendarum Cardio vertatur: צִיּוֹן נֶאֱמָן Legatus fidelis, Proverb. 25. ver. 13: Aff. עַל צִיּוֹנִי Super cardine suo, Prov. 26. 14: Plurale, צִיּוֹנִים Legati, Jes. 18. ver. 2: Aff. צִיּוֹנֶיךָ Legatos tuos, Jes. 57. 9. Aliam significationem vide supra in צִיּוֹן.

צִיּוֹן Hiphil הַצִּיּוֹן Incendit, Succendit: Futurum, הַצִּיּוֹן Succend. meam, Jes. 27. ver. 4; convenit cum צִיּוֹן.



צלה Affavit: Infinit. וְצִלֹּת Ad assandum, 1. Sam. 2.  
 15. Futur. אֶסְלֶה Assabo carnem. Jesa. 44.  
 19. צִלֶּה צִלִּי Assabit assaturam, v. 16.

צלו m. Tostum, Torta, ut vulgò vocant, Jud. 7. v. 13.  
scribitur cum י, sed legitur per י, formæ יִצְחָק ab יִצְחָק.

Utile esse: item, Irruere, Invadere, Pervadere,  
Transire, & ita ferè cum, וְלִי & לְךָ construitur: Præter.

וְעָלְיוּ Et transiverant Jordanem, 2. Sam. 19. 17. וְעָלְיוּ  
וְעָלְיוּ Et irruet in te, 1. Sam. 10. vers. 6. וְעָלְיוּ Prosperatur.

Jer. 12. 1. Imper. **צִלַּח** Prosperare, Psal. 45. 5. Futurum, **לֹא יִצְלַח לָךְ** Non prodest tibi illi, Jer. 13. 7. 10: **יִצְלַח** Pro-

ſperabitur, Jer. 22. 30. item, פִּן יִצְלַח Ne forte pervadat,  
Amos 5. 6. Hiphil הִצְלִיחַ Secundavit, Prosperavit,

Prosperum effecit, Secundatus, Prosperatus fuit:  
 Pr. הַצִּלִּית הַצִּלִּית Secūdavit viā meam, Gen. 24, 56: הַצִּלִּית

Prosperaberis, i. Paral. 22. 11. Participium פִּרְסָר Secundo  
dans, Gen. 24. v. 42: item intransitive, Prosperans, pro-

perirebus utens, Gen. 39. 2. Imper. **וְהָיָה** Et prosperare 1. Reg. 22. 15. **וְהָיָה נָא** Prospera nunc, Psal. 118. 25.

Prosperabitur, Psal. 1. 3: וְנִלְוָה שְׁכָנֵינוּ. Secundabit nos, pro-

Prosperitatem largietur nobis, Neh. 2. 20. Chald. Præter.  
 Prosperos effecit, Dan. 3. 30: item, Prosperè

egit. Dan. 6. 26. Part. **𐤏𐤍𐤕** Prosperatur, Esræ 5.  
v. 8. **𐤏𐤍𐤕** Prosperabantur, Esræ 6. 14.

ת'תל"ז



צלחית f. Paropsis, 2. Reg. 2. 20.

צלחת f. Gabata, Scutella, vel Lebes, juxta quosdam, ad figuram gabatæ formatus, 2. Reg. 21. 3: item Manica, Sinus, Pro. 19. 24, quem ironicè sic appellat, quod lebetis modo concavus sit. Hebraei in prima significat. exponunt.

צלחות p. f. Gabatæ, 2. Par. 35. 13.

צלצל Obumbrati: Profundum petere: Tinnire, Palpitare. Præter. צלצל Quum obumbrarentur, Neh. 13. 19: צלצל Profundum petierunt, Exo. 15. 10: item Tinnierunt, Palpitarunt, Hab. 3. 16. Niphal Futur. תצללנה אונני Tinnient aures ejus, Jer. 19. 3, 2. Reg. 21. 12. Hiphil Partic. מצל Umbrosa, Umbra faciens, Ezech. 31. 3. Futur. תצללנה שתי אונני Tinnient ambæ aures ejus, 1. Sam. 3. 11.

צל m. Umbra, Jud. 9. 36. Aff. בצל In umbra ejus, Can. 2. 3.

צלל m. idem: Aff. צלל Umbra sua, Job. 40. 17: Plurali צללים Umbra, Cant. 2. 17: Constr. צללי צרב Umbra vespertina, Jer. 6. 14: Huc referunt quidam צללים Umbrosa, umbrosa arbores, Job. 40. vers. 16. 17, cum loco geminandi: Vide simile in דם.

צלל Vide paulo ante in צלה.

צלצל m. Umbrosa-densa, Jes. 18. ver. 1: Item Fuscina: Et fuscina piscaria, Job. 40. 26.

צלצל m. Sideratio, arborum vitium, Deut. 28. vers. 42: quidam, Rubigo, Aerugo: alii Locusta. Forte alterius originis est.

צלצלים m. p. Cymbala, à Tinnitu, 2. Sam. 6. 5: Constr. בצלצלי שמע In cymbalis sonoris, Psal. 150. 5.

צלמון m. Tenebræ, Caligo: תשל בצלמון Albescet, Nivesces in caligine, Psal. 68. 15: Chaldaei, תשל בצלמון In umbra mortis. Alius nomen proprium montis notis Jordanem, Jud. 9. 48.



**צלמות** f. Umbra. lethalis, Jesa. 9. 2: composita vox ex  
ל צל Umbra & מות Mort.

**מצלות** f.p. Tintinabula, Zach. 14. 20: Duale **מצלות**  
idem, Neh. 12. 27. Numeri varietas fortasse formæ diver-  
sitatem indicavit.

**צלם** m. Imago, Genes. 9. v. 6: **בצלם** Ad imaginem  
suam, Gen. 1. 27: Plur. Constr. **צלמים** Num. 33. 52.

Aff. **צלמים** ואח צלמים ejus, 2. Reg. 11. 18. Chal. **צלם**  
Statua quædam, Dan. 2. 31: **צלמה** Statua hæc,  
ibid. **צלמים** Statuæ auri, id est, aureæ, Dan.  
3. verl. 4.

**צלמות** Vide in præcedenti Radice.

**צלמן** Vide ibidem.

**צלע** c. Costa, synecdochicè Latus: Item Clau-  
dicatio, quasi lapsus lateris dicas: Substru-

ctio, Trabs substructionis, quæ Lateribus edifici ad-  
hæret, quasi structuram Lateralem dicas: Cella, Cubi-  
culum, Laterale seu ad latus Templi exstructum:

**צלע** Substructio ad substructionem, Ezech. 41. 6:  
**צלע** Costam illam, Gen. 2. 22: **צלע** Ad claudicatio-

nem, Psal. 38. 18, cum Sagol, cum aliâs eâ formâ sit Constr.  
**צלע** Lateris tabernaculi, Exo. 26. 26: **צלע**

In laterè montis, 2. Sam. 16. 13, ubi tamen quadam exem-  
plaria Tzere habent, sed male juxta Kimchi: Aff. **צלע**

Ad latus ejus, Job. 18. 12: **צלע** Et in claudicatione mea,  
Psal. 35. 15: Plurale masc. **צלעים** Valvæ, 1. Reg. 6. 34.

Et sem. **צלעות** Substructiones, 1. Reg. 6. 5: Constructum  
**צלעות** Ad latera arca, Exo. 37. 5: **צלעות** Tra-

bibus, Tabulis cedrinis, 1. Reg. 6. 15. Aff. **צלעות** Lateribus  
ejus, Exo. 30. 4: **צלעות** E costis ejus, Gen. 2. 21.

**צלע** m. Claudicans, Claudus, in Latus labens, Gen. 32.

& sem. **צלעות** Claudicantem, Mich. 4. 6.

אמס



**צמא**

Sicivir: Prater. צמתי Sitio, Jud. 4. 19. deficiens  
te Aleph. צמאו Siciunt, Jes. 48. 21. צמא נפשי  
Sicit anima mea, Psal. 42. 3. וצמח Et quum sities, Ruth.  
2. 9. cum Chirek, more Verborum Quiescent. tertia ה  
Futur. ויצמח Et sitivit, Exo. 17. 3.

**צמא**

m. Siciens, Sitibundus, Jes. 21. 14. Plur. צמאים  
Sitibundi, Ps. 107. 5. Fœm. הצמאה Sicienti, Deut. 29. 19.

**צמא**

m. Sitis, Jesa. 5. 13. Aff. ויצמאי Et ad sitim meam,  
Psal. 69. 22. צמאם Sitim suam, Psal. 104. 11.

**צמאון**

m. Sitis, Deut. 8. 5.

**צמאה**

f. idem, Jer. 2. 25.

**צמד**

Niphal נצמד Conjugavit, Copulavit se  
Part. הנצמדים Qui copulati sunt vel Copula-

runt se, Num. 25. 5. Futur. ויצמד Et copulavit se, vers. 7.

ויצמדו Et copulaverunt se, Psal. 106. 28. Pyhal Particip.

fœm. מצמד Copulatum, Conjunctum, 2. Sam. 20. 7.

Hipbil Futurum, תצמדו Copulas, Concinnas do-  
lum, Psal. 50. 19.

**צמד**

m. Copulatus, Conjunctus, Num. 19. 15. item

Armilla: וצמד Et armillam, Num. 31. ver. 50. Pluralis,

צמדים Armillas, Gen. 24. 22.

**צמד**

m. Copulatio, Copula, Copulatum, Jumen-

tum conjugatum, Jugum, Par: צמד בקר Par boum,

1. Sam. 11. 7. Aff. וצמדו Et jugum ejus, id est jumentum

conjugatum ejus, Jer. 51. 23. Plurale, צמדים jugis, Paribus

boum, 1. Reg. 19. 19: רכבים צמדים Equitantes pares, bini,

pariter, 2. Reg. 9. 25: Construct. צמדי כרם jugera vinea-

rum, Jes. 5. 10.

**צמח**

Pullulare, Germinare, Efflorescere, Re-  
florescere, Provenire, Oriri, Exoriri: Prat.

צמח בו Effloruit in eo, Lev. 13. 37: וצמחו Et efflorescent,

Jes. 44. 4. Partic. צמח Pullulans, Eccles. 2. 7. 6. הצמח



Psal.



**צב** *Psalm. 88. 17: צבחתני Succidit me, Psalm. 119. 139. Hiphil Præterit. הצמתה Exscindis, Psalm. 73. 27. Partic. plural מצמותי Exscindentes me, Psalm. 69. 5.*

**צמיתת** f. Excisio, *Levit. 25. 23.*

**צנה** Desiliit, Infixus fuit. *Futur. וְצָנָה בְּאָרֶץ Et defixus fuit in terram, Jud. 4. vers. 21: Chaldaus, וְצָנָה מֵעַל הַחֲמֹר Et defiliit de asino, Jud. 1. 14.*

**צנם** f. Gracilis; Tenuis, plur. צנמים *Spica graciles, Gen. 41. 26.*

**צנן** f. Clypeus, Scutum, Umbo, *1. Reg. 10. 16: semel ex Chaldaica significatione, Frigus; Constructum, וְצָנָה שֶׁלֹּן Sicut frigus nivis, Prov. 25. 13: plur. צננות Clypei, 2. Par. 11. 12: & secundam aliam significationem, Aculei, Hami: וְצָנָה Aculeis, Hamis aculeati, Amos 4. 2.*

**צנים** m.p. Aculei, Spinæ, *Pro. 22. 5.*

**צנינים** m.p. idem, *Num. 33. 55.*

**צנע** *Hiphil הצניע Humiliter, Modeste agere: 1. Reg. 16. 23. Hiphil הצניע Modeste agendo, Mich. 6. 8. Chaldaus & Rabbinis frequens.*

**צנועים** m.p. Modesti, Verecundi, *Pro. 11. 3.*

**צנף** Circumvolvit, Volutavit: Obvolvit, Obtextit: *Infinit. cum Futuro, וְצָנַף Volutanda volutabit te, Jes. 22. 18: Futur. וְצָנַף Obregitor, Lev. 16. 4.*

**צניף** m. Cidaris, à Circumvolvendo, *Zach. 3. 5: Constr. וְצָנַף מְלוּכָה Et cidaris regni, Jes. 62. 3: Plural. וְצָנַף 3. vers. 23.*

**צנפה** f. Volutatio, *Jes. 22. 18.*

**מצנפת** f. Cidaris, *Exod. 28. 4.*

**צנצנת** f. Urna, *Exod. 16. 33. Utrumq. Targum reddidit צלוחית Paropsis, Scutella.*



**צנב** **צנב** m. Nervus, Vinculum, juxta R. Sal. quo  
pedes vel etiam cervices impediuntur: vel Ma-  
nicæ, Vincula manuum, juxta R. D. Kimchi, Jer. 29.  
v. 26. Sunt qui compositum Nomen existiment ex **צנ** &  
**ב** quasi Naviculam sugentem dicas. Refert autem  
Plutarchus in Artaxerxe, fuisse olim cruciatus seu car-  
ceris quoddam genus, quo duæ scaphæ pari commensu sibi  
respondentes, ita compingebantur, ut hominis corpus illis  
inditum, quasi in Vagina esset, cui præbebatur mel tem-  
peratum cum lacte, ac invito etiam infundebatur in os,  
unde viveret, &c.

**צנר** **צנר** m. Emissarium, Canalis, Tubus, per  
quem aqua emittuntur, 2. Sam. 5. ver. 8: plurale,  
**צנור** Canaliculi tuorum, Psal. 42. 8.

**צנתרות** m. p. Tubi, Fistulæ, Zach. 4. 12. Aben  
Esa scribit esse vas in quo calcatur oliva.

**צעד** Gradi, Progredi, Procedere, Itare: Præter.  
**צעד** **צעד** Progreffi essent, 2. Sam. 6. 13: **צעד** Pro-  
cedit, Genes. 49. 22. Infinit. **צעד** Quum gradereris  
tu, Jud. 5. 4. Futurum **צעד** Gradiebatur, Prov. 7. v. 8.  
Hiphil Futur. **צעד** Et incedere facit vel adigit eum,  
Job. 18. 14.

**צעד** m. Gressus, Passus, Processus, Pro. 30. ver. 29: Aff.  
**צעד** **צעד** Gressum suum, Jes. 10. 23: plurale, **צעד** Gres-  
sus, 2. Sam. 6. v. 13: Constr. **צעד** Gressus roboris ejus,  
Job. 18. 7: Aff. **צעד** Gressus meos, Job. 14. 16.

**צעדה** f. Incessus, 2. Sam. 5. 24: Pluraliter Perisceli-  
des, Jes. 3. 20, juxta R. Salomonem & Chaldaum: juxta  
Ab. Esa, Armillæ.

**צעדה** f. Periscelis: Armilla, Numer. 31. vers. 50.  
2. Samuel. 1. vers. 10, ubi expresse dicitur brachiorum or-  
namentum esse.

**צעדים**



**מצטרם** m.p. Gressus: **צטרם** Gressus viri, Plal. 37. 23.

**צעה** Peragravit, Peregrinatus est, Peregrè egit: Participium **צטרם** Peregrinans, exulans seu vagans. Jes. 51 v. 14: Fœm. **צטרם** Peragras Jer. 2. 20. Pihel Præter. **וצטרם** Et peregrè agant eum Jer. 48. 12.

**צטרם** m.p. Motiones: **מעשה צטרם** Opere motio- num; 2. Par. 3. 10. id est, mobilis, vel quod artificio suapte sponte, mobile esset. & Vagari videretur; vel quod propter magnitudinem & gravitatem à se invicem Dimoveri, eximi ac divelli posset; R. Salomon: opere puerorum, id est, ad imaginem puerorum facto. Sic est idem quod **צטרם** Pueri, literarum & permutacione.

**צטרם** Disrumpi, Dissipari: Futurum **צטרם** Non dissipabitur, Jes. 33. 20.

**צטרם** m. Peplum, Gen. 24. 65: Aff. **צטרם** Peplum suum, Gen. 38. 19.

**צטרם** Clamavit, Inclamavit, Exclamavit, Vociferatus est: Præter. **צטרם** Inclamavit, 1. Reg. 20. 39. & c. Niphal Futur. **וצטרם** Et convocatus est, Jud. 7. 23: **וצטרם** Et convocati sunt, Jud. 10. 7. Pihel Partic. **צטרם** Clamans, 2. Reg. 2. 12. Hiphil Futurum **וצטרם** Et convocavit, 1. Sam. 10. 17.

**צטרם** f. Clamor, Gen. 27. 34: Construct. **צטרם**, Exod. 3. 9: Aff. **צטרם** Clamorem ejus, Exod. 22. 23.

**צטרם** Minui, Diminui, Exiguum fieri: Futurum **צטרם** Exigui fient, Jer. 30. 19.

**צטרם** m. Parvus, Exiguus, qualitate & quantitate: **וצטרם** Major serviet minori, Gen. 25. 23: Aff. **צטרם** Nati-minimi sui, 1. Reg. 16. 34: plurale, **צטרם** Minores, Job. 30. v. 1: Constructum, **צטרם** Minores pecorum, Jer. 49. v. 20: Aff. **צטרם** Minimos suos, Jer. 14. 3. Fœm.



מִנּוּרִית Minor-natu, Gen. 19. 31: Et substantivè, Minoritatis: Aff. מִנּוּרִיתוֹ Secundum minoritatem, id est, minorem aetatem suam, Gen. 43. 33.

מִנּוּרִים m.p. Parvuli, Zach. 13. 7.

מִנּוּרִי m. Perexiguum, Res perexigua, Paucitas, Gen. 19. 20. Est & nomen proprium montis, Mitzhar, Psal. 42. 7: לְמִנּוּרִי Ad minimum usq., vel, Ad modicum & exiguum tempus, Jes. 63. 18: בְּמִנּוּרִים In paucitate hominum, 2. Par. 24. 24.

מִנּוּרִי f. Perparvum, Dan. 8. 9, cum Dagesch redundante; & מִנּוּרִי Heemantico, juxta Hebraeos.

צִפֹּר Adhærere, Cohærere, Concretum esse: Præteritum, צִפֹּר עֹרִים Cohæret vel concreta est cutis ipsorum, Thren. 4. 8.

צִפֹּה Speculatus est, Exspectavit speculando, Exploravit, Observavit: Partic. צֹפֵה Speculans, Speculator, Ezech. 3. 17: plur. צֹפִים nomen proprium loci, Num. 23. 14. & 1. Sam. 11: Speculatores, Jer. 6. 17. Fem. צֹפִיָּה Speculatur, Pro. 31. 27. Particip. præter. וְצֹפִי (sic scribitur, sed legendum וְצֹפִי) Et exploratur, Job. 15. 22. Infinit. loco Imperat. צֹפֵה Speculare, Jes. 21. 5. Futurum per Apocopam, וְצֹפֵה Speculetur, Genes. 31. v. 49. Pihel וְצֹפֵה idem; item Obtexit, Obduxit: Præter. וְצֹפֵה Obduxit auro, Exod. 36. vers. 34: וְצֹפֵה Speculamur, Thren. 4. 17.

צֹפֵה m. Obductio, Tectorium, Num. 16. 38.

צֹפֵה f. Coronamentum, ab Obtegendo, 2. Par. 3. 15.

צֹפֵה f. Speculatio: Aff. צֹפֵהוּ In speculatione nostra, Thren. 4. 17.

צֹפֵה f. idem, Jes. 21. 5: vel Specula.

צֹפֵה unde צֹפֵה quod vide in צֹפֵה.

צֹפֵה m. Specula, Jes. 21. 8: Constructum צֹפֵה מִצְפֵּה Mitzpe

Mitzpe



Mitzpe Gilbad, nomen proprium loci, Jud. 11. ver. 29.  
מצפה f. Specula, sed sumitur ut nomen proprium, Ge-  
nes. 31. v. 49.

צפצפה f. Speculatio, Circumspectio accuratissima,  
& per subauditam Propositionem א est Adverbium, Cir-  
cumspectissimè, Ezech. 17. 5.

צפצף Vide infra in צפצף.

צפה f. Ampulla, Lecythus: צפתת המים  
Ampullam aquæ, 1. Sam. 26. 11.

צפח f. Laganum, Placenta vel Crustula mellita,  
Exod. 16. v. 31.

צפן Abscondit, Recondidit, Reposuit: quando-  
que Abscondit se, Delicuit: Præter. צפן רוח

Abscondit ventum, Pro. 27. 16: צפנת Recondis, Psal. 31. 20.

Futur. נצפנה Abscondamus nos, Pro. 1. 11: יצפנו Delite-  
scunt, Psal. 10. 8. Niphal Præter. נצפה Abdita est, Jer.

16. 27: נצפנו Reconditi sunt, Job. 15. 20. Hiphil Infinit.  
הצפניו Abscondere illum, Exod. 2. 3.

צפון f. Septentrio, Aquilo, plaga mundi septentrio-  
nalis quasi Abdita dicta, nempe à sole, qui ad eam non ac-  
cedit. Unde R. Bechai scribit. Deut. 3. v. 23: וקרא צפון  
שם שהשמש צפון ומתעלם שם Vocatur Tzaphon,  
quia sol abditus & absconditus est illic. Exo. 26. 20.

צפונה Versus aquilonem, Ezech. 47. 17: Construct. מצפון

Ab aquilone Hai, Jos. 8. 11: מצפונה Ab aquilone, Jud. 21. 19.

צפוני m. Aquilonaris, Joel. 2. 20, & gentilitium צפוני  
Tzephonita, Num. 26. 15.

צפון m. Reconditum, Res recondita, Reconditus  
thesaurus: Aff. וצפיתך Et recondito thesauro tuo, Psal.

17. 14, scribitur cum\*, sed legitur per Vau: את צפוני Ab-

sconditum meum, sc. locum, id est, Adytum, Ezech. 7. 22: לצפוני

In repositis ejus, Job. 20. 26: צפונך Abditos tuos, Ps. 83. 4.



**צפנת** Tzophnat, cognomentum Josephi, qui hinc dicitur  
Aegyptiacę **פננת** Occultorum revelator vel  
interiores, ut Onkelo placet, qui reddit, **נבנת דסמירן**  
Vir cui occulta revelata sunt. Sic etiam Jo-  
nathan, & communiter Hebraei. R. Bechai citat hoc lo-  
co, in quadam ipsorum precatone (**תפלת יוצר**) legi.  
**המפננת נעלמים** Qui revelat abscondita. In Bere-  
schit rabba, Sect. 90, docuerunt Rabbini, esse idem quod  
Occulta declarans, & R. Chiskia di-  
xit, **צפנות מופיע בדעת** Occulta illustrans per scien-  
tiam Sapientes per Notaricon explicarunt **צומח פורה**  
**צביא תומיד פורה ערום נבון הוה** id est, Speculator,  
Redemptor, Propheta, Tenens-sceptrum, Inter-  
pres, Astutus, Intelligēs, Vidēs. futura. Hac illic.  
**מפננת** m. p. Abscondita, Res repositae & abscon-  
ditae: Aff. **מפננת** Abditae ejus, Obad. 6.

**צפע** m. Regulus, Basiliscus, Hæmorrhois, ve-  
nenatissimi serpentis genus, Jes. 14. 29.

**צפעות** m. idem, Jes. 11. 8: Plur. **צפטות** Jer. 8. 17.

**צפיעים** m. p. Egesta, Excrementa: Constructum,  
**צפועי הקר** Egesta boum, Ezech. 4. 15, scribitur cum **י** sed  
legitur per **י** et **ח**

**צפועות** f. p. Nepotes, Neptes, secundum Chaldaum &  
R. Salom. Jes. 22. 24. q. Egressiones dicas.

**צפה** Pihel **צפצפה** Pipire: Particip. **צפצפה** Pipiens,  
Jesa. 10. 14: plur. **המצפצפים** Qui pipiunt. Jesa.  
8. 19. Futurum, **אצפצפה** Pipio, Jesa. 38. v. 14: **הצפצפה** Pi-  
piat, Jesa. 29. 4.

**צפצפה** Vide in **צפה**.

**צפר** Evolavit, Maturavit: Chaldaicum est. Fut.  
**ווצפר** Et evolet, Jud. 7. 3.

**צפר** c. sed f. sepius, Avis, Avicula, & synecdochice, Pas-  
ser

sera



ser: **צפר טהרה** *Avem immundam*, Deuter. 14. v. 11: **צפר**  
*Sicut passer*, Psal. 102. 8: Plurale, **צפרים חיות** *Aves vi-*  
*vas*, Lev. 14. 4: Item **צפרים** *Eccles. 9. 12. Chald. צפרין*  
*Sicut avium*, Dan. 4. 30: **וצפריא**, Et *aves v. 11: Con-*  
*structum*, **צפרי שמיא** *Aves cæli*, Dan. 4. 9.

**צפיר** *m. Hircus*, Dan. 8. 5: *Const. צפיר*, v. 5: *plurale Con-*  
*struct.* **צפירי עזים** *Hircos caprarum*, Esr. 8. 35. *Chald.*  
**וצפירי עזין** Et *hircos caprarum*, Esr. 6. 17.

**צפירה** *f. Matutinum tempus*, Ezech. 7. 10. *ex Chaldaeo,*  
**צפר** *vel צפרא* *Manè: Item Cidaris, Diadema: un-*  
*de Const. וילצפירת תפארה* Et *pro cidari decoris*, Jes. 28. 5:  
*à Cingendo. Verbi significatione Chaldaica.*

**צפר** *m. Unguis, Ungula, metaphoricè Stylus, Scal-*  
*prum, ferramentum quo lapides caduntur & veluti scal-*  
*puntur: בצפרן שמייר* *Scalpro lapidis servabilis seu dia-*  
*turni, aut, Stylo adamantis*, Jere. 17. 1: Plurale, *cum Aff.*  
**צפרניה** *lingues suos*, Deut. 21. 12.

**צפרדע** *c. Ran, Ranæ, collectivè*, Exod. 8. 6. *plur.*  
**צפרדעים** *Ranas*, v. 3.

**צפה** *Vide in צפה.*

**צקל** *m. Gluma, folliculus grani frumentarii:*  
*Aff. בצקליו* *Cum gluma sua*, 2. Reg. 4. 42.

**צרב** *Niphal נצרב* *Aduſtus fuit: Præter. ונצרכו*  
*Et adurentur in ea*, Ezech. 20. 47.

**צרכת** *f. Adurens*, Pro. 16. 27: *Nomen Toar forma קשנה*  
*Attenta: item Aduſtio, juxta Kimchium*, Lev. 13. 23: *at*  
*secundum R. Solo. est Cicatrix aduſtionis.*

**צרה** *m. Opobalsamum*, Gen. 37. 25. *Jere.*  
*51. ver. 8. A judæis in versione Hebraogermanica*  
*Pentateuchi Theriaca redditur.*

**צרח** *Clamavit: Part. צרח* *Amarè clamat*, Soph.  
*1. 14. Hiphil צריח* *Exclamat*, Jes. 42. 13.



**צָרִיחַ** m. Arx, Propugnaculū, Turris munita, sic dicta,  
quod speculator inde Exclamat, scribit Kimchi: **צָרִיחַ**  
In arcem vel propugnaculum. Jud. 9. 46. Plur. **צָרִיחִים**  
Et in arcibus vel turribus, 1. Sam. 13. 6.

**צָרָה** m. Necessitas, Indigentia: Aff. **צָרָה**  
Necessitate tuam, 2. Par. 2. 16. Apud Rabbinos  
**צָרָה** Necesse, Necessariū. **צָרָה** **צָרָה** Necesse habere, & sic in  
Hophal. **צָרָה** לא הו צָרָה Non necesse habui, nō opus fuit mihi.

**צָרַע** m. Leprosus, Lev. 13. 44: Ex Pyhal Part.  
**צָרַע** idem. Lev. 14. 2: Plural. **צָרָעִים** Leprosi,  
2. Reg. 7. 3. Fem. **צָרָעָה** Leprosa, Exod. 4. 6.

**צָרַעַת** f. Lepra, Levit. 13. ver. 3: Aff. **צָרַעַתוֹ** A lepra sua,  
2. Reg. 5. v. 3.

**צָרָה** f. Crabro, Exod. 23. 28.

**צָרַף** Conflavit, Purgavit, Defæcavit, metalla  
proprie: Metaphoricè, Examinavit, Explo-  
ravivit, Probavit: Præter. **צָרַף צָרַף** Conflat conflando,  
Jer. 6. 29. Imper. **צָרַף צָרַף** Examina renes meos, Psal.  
26. 2. Futur. **צָרַף צָרַף** Et defæcabo, Jes. 1. 25. Niphal Fur,  
**צָרַפוּ** Et conflabuntur, Dan. 12. 10.

**צָרַף** m. Conflans, Conflator, Fusor, Aurifaber: **צָרַף**  
Fusori, Jud. 17. 4: plurate, **צָרַפִּים** Aurifabri, Neh. 3. 8.

**צָרַפַּת** f. Tzorphan nomen urbis, 1. Reg. 17. v. 9: Obad. 20:  
Franciam, Galliam Rabbini interpretantur, & in-  
de **צָרַפַּת** Gallus.

**צָרַף** m. Fusorium vas, Pro. 17. 3.

**צָרַר** Ligavit, Colligavit: item Hostiliter egit,  
Oppugnavit, Arctavit. Angustiis affecit, &  
ita cum **צָרַר** convenit. Præter. **צָרַר רוח אֹתָם** Ligat ventus  
eam, Hof. 4. 19: **צָרַר אֹתְכֶם** Et angustabunt vos, hostili-  
ter agent vobiscum, Num. 33. 55: **צָרַר אֹתִי** Angustiis affece-  
runt me, Psal. 129. 1. Partic. **צָרַר מִים** Ligat aquas, Job.  
26. 8.



26.8. חֲצֹרֵר אֹתְכֶם Oppugnantem vos, Numér. 10. 9. plur.  
 עֲרֵרִים Hostiliter agentes, Num. 25. 18. Constr. עֲרֵרִים  
 Hostes justi, Amos 5. ver. 12. Aff. נִגַּד עֲרֵרִי Coram hostibus  
 meis, Psalm. 23. 5. Particip. præteritum, עֲרֹר Colligata  
 est, Hos. 13. v. 12. Infinit. עֲרֹר Sicut qui ligat, Prov. 26.  
 ver. 8. Pyhal Particip. plarale, וְעֲרָרִים Et colligatos,  
 Jos. 9. v. 4.  
 עֲרֹר m. Fasciculus, Loculus, quasi Ligamen dicas:  
 עֲרֹר-פֶּסֶפֶס Fasciculus pecunie suæ, Genes. 42. v. 35. עֲרֹר  
 הַכֶּסֶף Fasciculum, Loculum pecunie, Pro. 7. 20. עֲרֹר  
 נֶקֶב In loculum pertusum, Hag. 1. 6: item Granum, La-  
 pillus, Amos 9. 9.  
 עֲרֹר m. Angustia. Ps. 118. 5. Plur. עֲרֹרוֹת Inter angu-  
 stias, Thren. 1. 3: וְעֲרֹרוֹת שְׂאֵל Et angustia, angores inferni  
 Psal. 116. 3. Quidam hoc ad עֲרֹר reducunt.

## ק

קֹא. Vide infra in קֹא.

קִבֵּי Maledixit, Exsecratus est: Præter. קִבֵּי אֶקֶב  
 קִבֵּי לֹא קִבֵּי אֵל Quid exsecrabor, quem non exse-  
 cratur Deus, Num. 23. 8: וְקִבֵּיתוּ Vt exsecreris eum. Num.  
 23. 27. Imper. קִבֵּה לִי Exsecrare mihi, Num. 22. 11. cum  
 Kametz loco Kametz chatuph & Dagesch: קִבֵּנוּ Exsecra-  
 re illum, Num. 23. v. 13: pro קִבֵּנוּ, simile Affixum vide in  
 יִשָּׁה. Futur. קִבֵּב ut ante, quod & a קִבֵּב esse possit. Si-  
 milem formam vide in קִבֵּד.

קִבֵּה f. Lupanar, dictum quasi Exsecrabile, Numér.  
 25. ver. 8.

קִבֵּה f. idem: Aff. אֶל-קִבֵּה In lupanari illius, ibidem  
 Onkelos, לְמַעַתָּה Per ventrem ejus.



קב f. Ventrículus, Ingluvies, Deut. 18. 3, quod ut & præcedens formam habet quasi à קיב.

קב mas. Cabus, mensura frumentaria parva: ורבע הקב Et quarta pars cabi stercoreis columbini, 2. Reg. 6. 25. Quidam scribunt, eo usos ipsos fuisse loco lignorum Alii intelligunt contenta in ingluvie, id est, frumentum quod columba in agris collegerant. Videatur Kimchi. Porro Cabus est sexta pars Sea five Sai; scribit Kimchi in lib. Rad. De hac & aliis quibusdam mensuris antiquis ita scriptum reperi in Opere R. Alphes, Tractatu De paschate, cap. 5. fol. 176: רביעית Quadrans five Quartarius Legis (id est, quarta pars mensuræ sacræ in liquidis) continet sesquiovum: לוג Log five Sextarius quatuor quadrantes, id est, sex ova: קב Cabus quatuor Logos five Sextarios, id est, 16 quadrantes, 24 ova. חין Hin 12 Logos, id est, 48 quadrantes, 72 ova. סאה Sea Satum sex Cabos, hoc est, 24 Sextarios, duo Hin, 92 quadrantes, 144 ova. עפה Ephatres Seas, id est, 18 Cabos, 6 Hinnos, 72 Logos, 288 Quadrantes, 432 ova. עומר Homer decimam Ephæ, id est, 43 ova æ  $\frac{1}{3}$  ovi. Hæc ibi.

קבל Pihel. Accepit, Recepit, Suscepit: Præter. קבל Et non accepit, Esth. 4. v. 4: וקבלו Et receperunt sacerdotes, Esr. 8. v. 30. Imperat. קבל Accipe tibi, 1. Por. 21. v. 11. Chald. Præterit. קבל מלכותא Accepit regnum, Dan. 5. v. 31: Futur. תקבלו Recipietis, Dan. 2. 6: ויקבלו Et suscipient, Dan. 7. 18. Hiphil Partic. מקבילת Recipientia, hoc est, continentia unum cum altero, Exod. 26. 5.

קבל Coram. Ex adverso: קבל עס Coram populo, 2. Reg. 15. 10: Aff. קבלו Adversum sibi, Id quod ex adverso situm est, Ezch. 20. 9, de quo vide etiam in מקור. Chald. אלסא



וְלִקְבֹּל אֶל־פָּא Et coram mille, Dan. 5. 1. Ob  
vel Propter verba regis, ver. 10. לִקְבֹּל דְּנָה Propter  
hoc, Propterea, Esræ 4. 16: קִבֵּל vel קָבֵל Pro-  
pter, Propterea, Eo quod. Quandoquidem, & in  
Daniele semper adjunctum est דְּנָה vel דִּי cum Aff.  
לִקְבֹּל Ex adverso tui, Dan. 2. 31.

**קִבֵּעַ**

Rapuit, Diripuit, Spoliavit: Præterit. וָקַבַּע Et  
rapiet, Prov. 22. ver. 23: הִי קִבֵּעַ An spoliat homo  
Deum, quod vos קִבַּעְתִּים אוֹתִי spoliatus me, & dicitis בְּמַחְ  
קִבַּעְנוּהוּ quia in re spoliamus te, Mal. 3. 8, ubi etiam Part.  
& Futur. est. Hinc קִבָּעַי Raptor, Rabb.

קִיבֵּעַ m. Galea, 1. Sam. 17. 38, & est idem quod קִיבֵּעַ  
& קִיבֵּעַ commutatis.

קִבֵּעַת f. Fæx, Fæculentum, Jes. 51. 17.

**קִבֵּץ**

Collegit, Aggregavit, Cōgregavit, Com-  
portavit, Contraxit: Dicitur proprie de re  
dispersa: אָסַף de re non dispersa. Sic recte dicitur אָסַף  
יָדָי Recollege, retrahere manum tuam, 1. Sam. 14. 19, non  
autem קִבֵּץ. Item וַיִּאָסֶף Et retraxit pedes suos in le-  
ctum, Gen. 49. 33, non autem וַיִּקְבֹּץ Kimchi, Joel. 2. 6.  
Præterit. קִבֵּץ אֶת־כָּל־חֵילוֹ Congregavit omnes copias  
suas, 1. Reg. 20. 1. Niphāl: Præterit. בִּקְבֹּצִי אֵלַיִךְ Con-  
gregatur contra nos, Jos. 10. 6. Imper. הִקְבֹּצוּ Congregate  
vos, Genes. 49. 20. Pihel Præterit. קִבֵּצָם Congregavit  
eos, Mich. 4. 12. Pyhal קִבְּצָה Collecta est, pro קִבֵּצָה  
juxta Kimchi, Mich. 1. 7. Partic. מִקְבֻצָּה Congregatam,  
Ezech. 38. v. 8. Hithpabel Præterit. בִּי הִתְקַבְּצוּ Quod  
congregarint se, Jud. 9. v. 47. Futurum, יִתְקַבְּצוּ Congre-  
gent se, Jesa. 44. v. 11.

קִבְּצִים m. p. Collectiones, Congregationes, Ca-  
tervæ: Aff. קִבְּצִיךְ Caterva tua, Jes. 57. 13.

קִבְּצָה f. Congregatio: Construct. קִבְּצָה אֶרֶץ Congre-  
gatione argenti, Ezech. 22. 20.



**קבר** Sepelivit: Præterit. **קבר** Sepelivit Abraham Saram, Gen. 23. 19. Partic. **קבר** Et non erit sepeliens, 2. Reg. 9. 10. Niphal Futur. **יקבר** Sepelietur, Jer. 22. v. 19. **תקבר** Sepelieris, Gen. 15. 15. Pihel Partic. **קבר** Et non est sepeliens eis, Jer. 14. 16. Futurum, **תקברם** Sepelies eos, Hof. 9. 6. Pyhal Præterit. **קבר** Sepultus est, Gen. 25. 10.

**קבר** m. Sepulchrum, Psal. 5. 10: Aff. **קבר** Sepulchrum suum, Gen. 23. 6: plurale, **קברים** Sepulchra, Exod. 14. 11: Constructum, **קבר** Jer. 26. ver. 23: Aff. **מקבריהם** De sepulchris eorum, Jer. 8. v. 1. Fœminin, plur. **לקברות** Ad sepulchra, Job. 21. 32: Construct. **קברות** Num. 11. 34: Aff. **קברתה** Sepulchra ejus, Ezech. 32. 23.

**קבורה** f. Sepultura, Jes. 14. 20: Constructum, **קבורה** Sepultura Rach. lis, Gen. 35. 20: Aff. **קבורתו** Sepulturam vel Sepulchrum ejus, Deut. 34. 6.

**קדר** Inclinauit, Incurvavit verticē, honoris exhibendi causā: R. Sal. scribit Gen. 43. 28: **קדרה** כפיפת קדר השתחויה משטח לארץ id est, Verbum קדר significat incurvationem in verticis: **השתחויה** procubitum in terram. Vide **קדר** Fut. **ואקדר** Et verticem inclinavi, Gen. 24. 48: **ויקדר** Et inclinavit verticem, v. 26, cum Da- gesh & vocali brevi loco vocalis longa Kametz: Simile vide in **דמם**: Item, **ויקדרו** Et incurvarunt se, Gen. 4. 31, pro **ויקדרו**, simile vide in **ללל**.

**קדר** m. Vertex, Psal. 68. v. 23: Aff. **ועל קדקדו** Et super verticem ejus, Psal. 7. 17.

**קרה** f. Casia, Ezech. 27. 19. Exo. 30. 24.

**קרה** Accendit, Accensus fuit, Cōflagravit: Præter. **קרה** Nam ignem accēdistis, Jer. 17. 4: **אש קרה** Ignis accensus fuit, Deut. 32. 22. Part. Const. **קרה** Accendentes ignem, Jes. 50. 11. Infinit. **קרה** Sicut conflagrat ignis, Jes. 64. 2.

**קרה**



**קדחה** f. Febris ardens, Levit. 26.16.

**אקרה** m. Carbunculus, Jes. 54.12.

**קדם** pihel Antevertit, Anticipavit, Anteivit; Præivit, Prævenit, Obvenit: Præter. קדמת

Anteverti, Jon. 4.2. Imper. קדמה פניו Anticipa faciem ejus, Psal. 17.13. Hiphtl Prat. מי הקדימני Quis prævenit me, Job. 41.2. Fut. **קדמים** Obveniet, Amos 9.10.

**קדם** m. Antiquitas; Aeternitas, si de Deo didatur.

Antiquum, Priscum: & adverbialiter, Antiquè,

Antè, Pridem, Olim: Antrosum: Item Oriens,

plaga mundi orientalis quasi Anterior dicta: Ferūt enim

Adamum creatum, facie versus orientem disposita, ut lu-

cem & solem mundi orientem aspiceret, unde Oriens ipse

fuit Kedem, Anterior mundi pars: R. Bechai, Deut. 3.23.

Ab eo situ reliqua deinceps mundi plagæ nominantur, po-

sterior, Dextra, Sinistra: **בקרם** Sicut antea, olim vel pri-

dem: **מקדם** Ab antiquitate, Ab æterno, Inde à principio,

Abac. 1.v.12. Mich. 5.2: Ab oriente: Plurale Constructum,

**מקדמי ארץ** Ante primordia, A primordiis terræ, Prov. 8.

v.23: cum **ל** locali, **קדמה** Orientem versus, Gen. 25.6.

**קדמה מזרחית** Ad anteriorem plagam orientem versus,

Exod. 27.13: similem locutionem vide Exod. 26.18.

**קדמה** f. idem: Constructum, **קדמת** Ad orientem, Gen. 2.

v.14. Et cum Pathach ab initio, **שקדמת** Quæ ante-

quam egrediatur, Psal. 129.6: Aff. **ל קדמת** Ad antiqui-

tatem, pristinum statum suum, **ל קדמתכן** Ad pristinum

statum vestrum, Ezech. 16.55: Plurale, **ב קדמותיכם** Sicut

præteris temporibus vestris, Ezech. 36.v.11. Chald. **קדם**

Coram: **מן קדם** A coram, A: **קדמי** Coram me, **מן קדמי**

A coram me, id est, A me, Dan. 2: **מן קדמותי**

A conspectu ejus, Dan. 5.19: **קדמיהון** Corā eis, &c.

**מן קדמת** vel **מן קדמת** Ab antehoc, Antehac,



Elr. 5.11. קדמא Prioris, Dan. 7. v. 24. Fæmin. sing.  
קדמא Prima, Prior, Antecedens, Dan. 7. 4. plur.  
emph. קדמא Priora, v. 8.

